



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 9011888X

§. 45. Petri Mariæ Burghesii Cardinalis decessus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](#)

Sæc. XVII. nia, ac tandem a Gregorio XV. lega.
A. C. 1642. tus decernebatur ad Poloniæ Regem,
ad cuius preces ab eodem Papa Cardinalium Collegio adscriptus, denum
ab Urbano VIII. Perusinum Episcopatum obtinuit, postea ad Archiepiscopalem Ecclesiam Montis Regalis in
Sicilia translatus est, ubi lenta hydropsi
obrutus Romamque ad patrium solum
reversus, evolutis duntaxataliquot Mense-
fibus die prima Maij quinquaginta sex
annos natus decessit.

§. XLV.

*Petri Mariæ Burghesii Cardinalis
decessus.*

*Vidor. in
addit. ad
Ciacon.
Marac. in
Purp. Ma-
rian.*

Pari ferme fato Romæ die decima
quinta Junii vivis sublatus est Pe-
trus Maria Burghesius Nobilis Senen-
sis, Paulo V. Pontifici sanguine jun-
ctus. Hic Majorum excitatus exemplis
adolescens Jurisprudentiæ in Patriæ
Gymnasio lauream consecutus, ab Ur-
bano VIII. Purpura Romana decora-
tus est. Inclaruit moderatione, virtus
que frugalitate usque ad obitum Sci-
pionis Cardinalis Burghesii, cuius pin-
quia Ecclesiæ Beneficia adeptus lau-
tam instituit vitam, quam brevi mors
sequebatur; cum enim a Marco Anto-
nio Burghesio nobile Viridarium ad
usum

ufum suum accepislet, frigusque opa- Sæc. XVII.
cum ad primas noctis horas captare de- A.C. 1642.
lectaretur, contracto exin morbo non-
nisi quadraginta tres aunos natus, &
quidem alieno ære gravatus mortali-
tatem exuit, tumulatus in Sacello
Burghesiano ante imaginem B. Virgi-
nis, a D. Luca, ut fertur, depictæ, er-
ga quam singulari pietate & Religione
semper addictus erat.

§. XLVI.

Joannis Doria Cardinalis fata.

Postremus inter Cardinales hoc anno *Ciacon. in vita Clem.*
denatos erat Joannes ab Auria, *vita Clem.*
volgo *Joannetinus Doria* vocatus, pa- VIII.
tria Genuensis. Hic non tam Avorium,
quam propriis meritis ad Philippi II.
Hispaniarum Regin preces Cardinalis
renuntiatus, a Paulo V. Panormitanum
Archiepiscopatum impetravit, quam e-
tiam Ecclesiam summa laude & uber-
rimo animarum proventu per triginta
quinque annos optimus Præfus rexit,
Synodumque diæcesanam bis coegit,
pleraque decrevit, quæ vigilantisimi
Præfus prudenter, atque Christianæ
Religionis promovendæ studium
egregie commendarunt. Tertio etiam
Regias vices, amoto Duce Ossunensi
Pro-Rege, in Sicilia obibat: postquam

Ss 3

vero